



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt IX. De vino assumendo à Sacerdote post assumpque Sacntissimum
Sanguinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

CAPVT VIII.

An statim peracta Missa, comedere, exorere, aromata, in ore ruminari liceat?

Et

An novum, vel majus peccatum sit illud, quod ipsa die, qua Sacrum facit, committit Sacerdos?

Et

Denique de precibus, & de lotione manuum post Sacrificium: Remissivè.

Dico primo. Secundo ex his, à me actum satis superè que est in Opusculo de expedienda Communione, cap. 3. per totum. De tertio, quoad preces, egi per occasionem breviter lib. 1. c. 7. §. 1. n. 1. quoad lotionem verò ib. §. 7. quare cum ea hic exseribere, operam esset perdere; illuc Lectorem meum remitto libens.

CAPVT IX.

De vino assumendo à Sacerdote post assumptum Sanctissimum Sanguinem.

Finem huic libro imponet resolutio circa vinum quod in fine Sacrificij sumit in Missa Sacerdos. Is enim post assumptas sacras species, imponere vinum debet in Calice, & sumere, atque hæc vocatur in Rubricis, Purificatio; deinde vero vino, & aqua digitos semper Calicem ablueret, eaque patieret assumere, quæ proprio vocabulo appellatur Ablutio. De utraque sigillatim.

2. Dico primo. Is, qui in Ablutione solum adhibet aquam, condemnandus de culpa non est. Ratio prima esse potest, quia passim absque scrupulo sic agunt nonnulli laudatæ virtutis Sacerdotes, auctores id prodesse ad abstergendum odorem vini ab ore celebrantis, ad digitos eodem odore non laesivos, ad Purificatorij munditiam; & ut sunt non pauci plus debito delicatioribus ad temperandum illud modicum vini, quod non raro in Sacrificio generosum propinatur, assumpti stomacho penè ieiuno. Secunda, quia hæc non est nisi Rubrica directiva, cum non appareat aliud fortius jus, nec ex se sit materia gravis. Immo quia inventio de vino adhibendo in Purificatione aliquid innui in Sacris Canonibus, quorum verba mox proferam, nihil autem de vino Ablutionis, conjecturam facio, de hoc Sacerdos Pontifices non valde laborasse. Tertia, quia cum Sanchez citando, adverte in Rubricis generalibus initio Missalis §. Quibus sumptis, sic haberi: Sacerdos porrigit Calicem Ministro, quo vinum fundente se purificat. Deinde vino & aqua abluit pollices, & indices super Calicem; At in Rubricis appositis in Canone post factam Communionem §. Abluit digitos, sic: Infundit parum vini quo se purificat: deinde abluit digitos, extergit, & sumit ablutionem. Vbi noto, de vino Purificationis utroque in loco, mentionem fieri de Ablutionis autem vino solum in uno, quasi significetur nequaquam esse sub magno rigore hoc posterius apponendum.

3. Dico Secundo. Ad Purificationem est omnino adhibendum vinum, non aqua. Ratio est, quia sic supponit ritè faciendum Sacer textus, Ex parte, de celebr. Miss. Respondemus, inquit Pontifex, quod semper Sacerdos vino perfundere debet, postquam totum accepit Eucharistia Sacramentum, & quidem notat hic merito Gavantus in rubr. Miss. p. 2. c. 10. n. 4. lib. x. in hunc modum. Decretum ut vinum pro Purificatione Calicis infusum, esset ejusdem saltem quantitatis, quæ fuerunt prima species sanguinis, alioquin Sacerdos illud saltem intra Calicem circummagat, ut absumentur dictæ species. Monet de prædicta vini ad purificationem adhibenda quantitate Pins V. (in epist. ad Episc. Tarrat,) additque quod sumatur Ablutio per eandem partem

modi præscriptionis lex: ibi ergo tum in foro externo, tum interno, id fiat, quod in eodem foro servatur in cæcitate.

§. 11. Quandoquid onus Missæ præscribitur contra Sacerdotem, vel Ecclesiam?

In hac questione est distinguendum de Capellano titulo Capellanæ, vel Beneficij Missas celebrante, & de legatario, qui is est, cui à Testatore absolute (sine Episcopii autoritate) legatum aliquod, quantumvis perpetuum, pro celebrandis Missis relinquitur.

1. Contra Capellanum, seu Ecclesiam cui incumbit Capellanæ, vel Beneficij, Missarum onus, seu obligatio præscribitur tempore decem annorum, positis cæteris requisitis ad præscriptionem, §. præced. dictis. Ita Fraxin. de oblig. Sacerd. sect. 4. concl. 4. §. 17. n. 1. Quare si per decem annos Missa quotidiana celebrata est pro tali Capellania licet nunc inveniat, quod, Fundator solam instituerit hebdomadariam, quotidiana erit celebranda. Ratio esse potest, quia hoc perpetuum onus est, veluti jus Testatoris defuncti circa Missas, jura autem, & actiones in hac materia præscriptionis, ex Lessio lib. 2. c. 6. n. 2. §. fin. aliisque, computantur inter bona immobilia quæ inter præsentem, ut est in casu nostro, quia Capellanus præsens est decem, pro præscribunt.

2. Contra legatarium vero obligatio Missarum præscribitur tempore triginta annorum. Ratio est, quia legata contra legatarium præscribunt spatio triginta annorum. Ita Lessio lib. 2. cap. 6. n. 39. ex l. ultima, cap. Communia, de legatis, hoc autem legatum est, non Capellanæ, ut supponimus.

3. Dices, quid si legatum sit apud Monasterium Religiosorum, quibus concessum est, ne contra ipsos currat præscriptio minor, quam sexaginta annorum? Respondet aliquos putare etiam contra Religiosos sufficere spatum triginta annorum, quia dicta concessio est tantum de bonis, personis, & locis Religiosorum: at jura, & actiones in corpore, quales est id, de quo disputamus, nec sunt bona, nec personæ, nec loca. Ita Pellizzar. Man. Reg. tom. 1. tract. 5. cap. 9. n. 93.

4. Sed profecto ex Lessio modo dixi nomine bonorum immobilium venire etiam jura, & actiones: quare posset quis contendere contra hos privilegiatos requiri in casu nostro annos sexaginta, quia jus Missarum est bonum immobile.

5. Hæcenus ita disputatum sit: nam mihi unum dicendum superest, quo videtur probari, nunquam tale jus Missarum posse præscribere contra Sacerdotem. Docent communiter Doctores l. finali, cap. de longi temporis præscriptione, Lessio loc. cit. n. 2. §. 3. aliique passim, servitutem personalem, quæ debetur personæ, à persona nullo tempore præscribi posse, & ratio est, quia æquitas non patitur hominem liberum, fieri servum ex quacunque causa. Id de veluti integra servitute: sed certe eadem videtur ratio de servitute partiali, quia enim se habet totum ad totum, sicut pars ad partem: quare si per multos annos Petrus v. g. servivisset Paulo per aliquod tempus in aliquo opere, illum v. g. associasset singulis festis diebus ad Ecclesiam, cum bona fide, seu errore utriusque quod ad id per contractum teneretur Petrus, posset dictus Petrus adveniens nullum fuisse contractum, eximere se à tali servitute, quia servitus personalis nunquam præscribitur. Cum ergo Capellanus Beneficiatus, vel legatarius prædicti, Missas illas profundatore celebrare soliti sint, creditur se ad illas omnes teneri: si advertant se verè ex Fundatione ad tot non obligari, videntur quocumque tempore se posse eximere à tali servitute, & illas solum celebrare, ad quas verè ex titulo Capellanæ, Beneficij, vel legati obligantur; onus enim hoc non videtur esse aliud jus, nisi servitus quædam debita à Sacerdote ipsi Fundatori Missarum, sicut illa associatio Petri circa personam Pauli, quæ servitus ut dictum est, nunquam præscribitur.

tem Calicis per quam Sanguis Christi hauritus est. Mirare queso Sanctissimi Pontificis etiam in minimis diligentiam. Hæc Gavantus.

4. Verum qui pro dicta Purificatione adhiberet solam aquam, condemnandusne esset peccati mortalis.

Respondet Sanch. in Decal. lib. 4. c. 11. n. 43. Azor. t. 1. lib. 12. c. 20. q. 7. Barbosa in Coll. ad lib. 3. de cr. in l. ex parte num. 4. afferunt de vino Purificationis adesse præceptum, non tamen explicant gravéne sit, an leve. Nec voto non bibendi vinum (instar omnium sunt verba Sanch.) contravenitur sumpto vino in prima Missæ ablutione (id est Purificatione), quia obligat præceptum Ecclesie ad id sumendum c. ex parte, de celebr. Missæ. Nec etiam sumpto vino in secunda ablutione, quia votum non intelligitur ut sit contra communem Ecclesie usum juxta quem Sacerdos in ea ablutione vino & aqua utitur. Addit Gavantus loc. cit. q. Abstemij id est, quibus vinum bibere nauseæ est) non debent sine vino purificare Calicem, Papa inconsulto, ex Romana praxi.

3. Alicui non videbitur improbabile, id nequaquam esse præceptum grave, atque adeo adhibentem in Purificatione solam aquam, excusari à mortali posse. Primo, quia res ex se non videtur tanti momenti ut rigorem mortalem, inducat; cum illud vinum non adhibeatur ad mysterium, sed solum ad extergendum Calicem, ad quod præstandum aptum quantum sufficit, est aqua. Secundo, quia prædictus textus dicit, *vino perfundere debent*: at illud verbum *debet*, non necessario inducere obligationem supra in Opuscul. de Commun. c. 1. §. 6. n. 53. fuisse probavimus. Tertio, quia non directe, & ex proposito id iussit Pontifex, sed veluti suppositivè insinuat, ut ex modo loquendi sacri textus, quem mox expendam num. 10. palam fiat. Quarto, quia praxis Romana, ut scilicet in hoc consilatur Pontifex, potuit inniti periculo introducendi novum ritum, vel relaxandi præcepta etiam levia. Adde ejusmodi dispensationes sæpe à Sancta Sede concedi ad sedandas mentes scrupulosorum, ut in simili supra l. 1. c. 2. §. 2. n. 11. sine, notavimus ex Suariorum, & Castropalao.

6. Ex hac sententia, quæ certè probabilis est, consequitur, Abstemij, vel non habent em nisi illud modicum vini, quod est consecrandum, vel non absummi necessitate coactum, cui facilis non est recursus ad Pontificem; aqua sola purificantem, sed citra contemptum, scandalum, animarumque introducendi novum ritum, ab omni culpa liberandum: similes enim necessitates à præcepto positivo non gravi, ut aliàs sæpe docuimus, excusant operantem.

7. Dixit quidam fore ex se irreverentiam, quod Sacerdos Sanguinis species, quæ resident in fundo Calicis, immisceantur cum aqua.

Respondet potest, negando id sapere irreverentiam. Primo, quia etiam in secunda Ablutione, in qua adhibetur aqua, hæc immisceantur cum iisdem speciebus, quæ moraliter non raro aliquæ remanebunt post haustam Purificationem, in Calice; quæ tamen immixtio non iudicatur ab Ecclesia irreverentia. Secundo, quia id per accidens est, nec ex proposito immiscendi quam cum sanguine, sed ad extergendas sacras species. Tertio, Rogo te, explica, sodes, quamnam hic irreverentiam cognoscis? equidem illa minus video potius ex eo, quod Christus Dominus suis speciebus materialibus latere dignatus est, nec dedignatum consequenter esse easdem species cum oris saliva, stomachi phlegmate, vino, aqua indiscriminatum commisceri. Quarto, quia in sententia admodum probabilis, juxta quam aqua, quæ infunditur Calici in Offertorio, non convertitur in Christi Sanguinem; nisi prius consecrationis non invenitur conversa, remaneat immixta cum speciebus consecratis & nemo unquam adversus eius sententiam sectatores irreverentiam ullam ex hoc capite

exprobravit. Ita Thomistæ communiter apud Calicem de Euch. q. 44. narr. 8. d. unic. à n. 144.

8. Redeo nunc ad Ablutionem n. 2. dictam de Sacerdotis, circa quam cum Glossa disputatur juvat. Ea in hoc g. ex parte, sic scribit. Secundum stenssem determinatur quatuor questionibus: nam querelatur? At Sacerdos post Sacramenta sumpta perfundere debet manus. Secunda, cum qua liquere. Tertium illam liquorem debet Sacerdos sumere. Quartum post illum sumptum debeat, seu possit iterum celebrare in effectu respondet Papa ad omnes questionibus: nam manus primo perfundere cum vino, & vinum perferre sumere, nisi sit celebraturus aliam Missam, & licet petit paulo post: v. vino, & v. perfundere vino, & perfundere manus.

9. Vt ergo videamus, an solide sit à Glossa dictum non esse à Sacerdote, manus abluendas, integre textus est hic proferendus: Ex parte vestra, & in stulationi vestra taliter respondemus, quod semper Sacerdos vino perfundere debet, postquam totum accepit charistia Sacramentum: nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare, ne si forte vinum perfusum celebrationem aliam impediret.

10. Vbi adverto. Primo petitionem videri fuisse taxat de vino, Num scilicet semper à Sacerdote mandum sit vinum post assumptam Eucharistiam, aliquando ab eo abstinendum? id quod bene hinc notavit, dum tanquam vincit petitionis responsum hoc capitulum compilavit, Sacerdos post sumptum charistiam perfundat nisi aliam Missam suam daturum igitur debeat Sacerdos sive vinum infundere Calici, ve illud ebibere, sive aliud efficere, supponit. Sed non queritur, ut ex ipsa Pontificis responsione contextu data apparet dilucide. Sanè, si hic respondet Pontifex, Respondemus, quod Sacerdos vinum perfundere debet, & prater ea debet vinum accipere, nisi quando Missam est celebraturus, possumus coniectare plura hinc se petitiones; nunc vero, cum unico contextu data responso, unica dicenda erit & facta petitio.

11. Adverto Secundo illud, quod hic querendum est: tuimus: non constare illam explicationem Glossæ perfundere, id est perfundere manus: non enim de manibus Ablutione, sed de ablutione Calicis prima, ut est Purificatione hic locutus est. Vidit hoc oculatissimus Thomas Sanchez in dec. lib. 4. cap. 1. n. 13. qui pro Purificatione hunc textum inducit, non vero pro Ablutione idemque facili negotio probat perperam. Causa in hunc modum: Afferit Pontifex semper esse perfundendum nisi quando bis eodem die v. g. in Natali Domini Sacerdos est celebraturus: non igitur loquitur Pontifex de Ablutione manuum. Clara est consequentia, quia Ablutio hæc in omnibus casibus est adhibenda etiam si eodem die sit celebrandum; sic enim reverenter requirit, & sic universalis Rubrica in Missa, in festibus dispositionis corporis: n. 4. præcipit. Si plures (scilicet) Missas in una die Sacerdos celebrat, ut in Natali Domini te Domini in unaquaque Missa abluat digitos. Quare ergo Pontifex de ea perfusione loquitur, quæ non est adhibenda, ejus hæc dispositio solum erit de commendanda Purificatione, quæ in casu iteratæ celebrationis mittitur; non verò de Ablutione manuum, quæ in hoc loco profus casu negligenda est.

12. Ex his collige, rectè dictum à nobis esse, n. 1. lulum afferri textum, qui aliquid circa aquam Ablutionem disponat: cum hic, qui adducitur, de Purificatione dicto agat, non de Ablutione. Sed nos velle contrarium atque huic quasiuncolæ immo & toti huic Opusculo quod Deo immortales sint gratiæ finem operantem ponamus.

F I N I S.

Laus Deo, Beatissimæ Virgini, ac B. Aloysio Patrono mco.